

sequitur. §. 13. num. 58. Spinum in 10. part. Rubricæ sui speculi Testamētorum in numer. final.

* Ad numer. 15. ibi.) Item quæro an excommunicatus possit testari, &c. Licet cōtrouersum vtrum excommunicatus testari possit, necne: obtinuit tandem excommunicatum posse testari prout dominus meus Gomezius hic tenet, tenet etiam Iulius Clarus libr. 3. sententiarum. §. testamentum, quæst. 24. Rojas de hæreticis singulari 62. & 186. Duennas in regula 272. pro qua sententia facit, quia omnes personas testari prohibitas enumerat gloss. in §. final. instit. quibus non est permissum facere testamentum, & 18. personas quibus testandi facultas prohibetur enumerat. Abb. in Rubrica de testament. numero 3. & l. 13. cum sequentib. titulo 1. par. 6. inter quas non connumeratur excommunicatus, ergo nec prohibitum esse tenendum est, & hanc sententiam defendit Tellus in l. 4. infra his legibus, numero vigesimo octauo.

* Ad numer. 15. ibi.) Vbi habetur quod vsurarius non potest testari, &c. Usurarius manifestus testari prohibetur, nisi præstita satisfactio de restituendis vsuris, capit. quanquam. §. vltimo de vsuris in 6. tradit Matiençus in l. 7. titul. 10. gloss. 2. numero 35. gloss. & Doctores in dict. capit. quanquam, Couarruias libr. 3. resolut. cap. 3. numer. 9. & in Rubrica de testam. 3. part. quæst. 11. Nauarrus in principio de pœnitentia numero 5. & 92. cum sequent. Spinus de Testament. 10. part. Rubricæ, numero 24.

* Ad numerum 16. ibi.) Et breuiter dico, quod si simul eodem morbo laborat, quia est mutus & surdus à natiuitate non potest testari, &c. Idem tenet Spinus alios allegans in suo Speculo, gloss. 9. numer. 1. & per totam, & mutum & surdum obligari posse tenet Gregorius Lopez in l. 2. verbo, moriesse, titul. 11. part. 5. idemque docet dominus meus Gomezius libro 2. Variarum, capit. 14. numer. 29. Azeuedus in l. 2. titul. 16. libr. 5. Recopilat. quod tamen intelligēdum fore censent dum à natura non sint muti & surdi, sed quoties ex accidenti his tales morbi cōtigerunt, quia alias cum substantiam actus minime pos-

sint percipere nec intelligere, obligari nequaquam poterunt, & an possit mutus & surdus in maioratum succedere vide per Molinam de Hispan. primogeniis libr. 1. capit. 13. num. 40. & vtrum possint matrimonium cōtrahere tradit Couarruias in 4. part. 2. cap. 4. in principio. & Spinus vbi supra.

* Ad num. 17. ibi.) Ille verò qui de factò nulla bona habet tamen potentialiter potest habere, &c. Hanc eandem sententiam tenet Tellus Fernandez in l. 17. infra his legibus, numero 67. Spinus in suo speculo, 10. part. Rub. numero 2. & hanc potius ex hæredationem quam institutionem vocat Marcialis dum ait, idem te moriens hæredē ex asse reliquit ex hæredauit te filomusa pater.

* Ad numerum 18. ibi.) Et breuiter & resolutiuè dico, quod non idem notat Gregorius Lopez glossa prima. titul. 1. part. 6. quod etiam in testamento inter liberos, & ad pias causas procedere, defendit Burgos de Paz in hac l. 3. numero 223 & pluribus sequentibus, & numero 232. Tellus Fernandez in 2. parte huius legis, numero 18. & 19. & sequentibus, Matiençus in l. 11. titulo quarto, libro 5. Recopil. gloss. 1. numero 1.

* Ad numerum 20. ibi.) Item quæro de hac quæstione, vide Tellum hic in 2. parte, num. 3. & 4. Gometium Arias, numero 125.

* Ad numerum 22. ibi.) Secus verò alias, si in loco hostium & infidelium, &c. de hac quæstione vide Barbatiam in capit. 1. columna 25. de Testament. Rebuffum ad constitutiones Regias, titulo de literis obligatorijs, gloss. 6. numero 4. articul. 2. & nouissimè Spinum in suo speculo, fol. 31. num. 7.

* Ad numerum 23. ibi.) Quæro quæ sit forma & solemnitas testamenti, vide de hac re Matiençum in leg. 2. gloss. 2. numero 2. titul. 4. libro 5. Recopilat. plures alios allegantem, & scribentes in l. hac consultissima. C. de testament. Viglium in §. sed cum paulatim institut. eodem titul. de testament. Decium consil. 103. Auendannum in suis Respons. Respon. 15. Peraltam in l. si quis in principio. numero 56. de legat. 2. Couarruias in capit. cum